



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 95. Exemptus, an si quid rigore sententiæ, ab ordinario latae
solverit, possit solutum condicere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

 QUÆSTIO XCV.

Exemptus an si quid rigore sententiæ, ab ordinario latae solvetur, possit solutum condicere.

SUMMARIUM.

1. Solutum vigore sententiæ concedi non potest. *Cass. l. eleganter num. 9. ff. condicet. in deb.*
 2. Solventi indebitum duplex conditio competit.
 3. Censura ordinarii in exemptos causam iustum metum.
 4. Metus reddit actum nullum.

Videtur non posse, quia solutum autoritate iudicis aut sententiæ, condici non potest. *Cass. l. eleganter num. 9. ff. condicet. in deb. in Iulianus ff. eod. l. 1. C. de condicet. in deb.*

Deinde exemptus qui lata contra se sententia condemnatoria solvit, privilegio suo renuntiare censetur. *Anchar. conf. 398.* sed iis non obstantibus respondendum est, conditionem competere. *Angel. Aretius conf. 6. § 7.* quia sententia ordinarii in exemptum nulla est. *Angel. d. conf. 6. § 7. Ego laicè de iurisdicet. ord. in exemptos lib. 2. quest. 40.* non præstat autem impedimentum quod de jure non fortitur effectum, cap. non præstat de Reg. iur. in 6. Conditio inquam duplex competit, una indebiti. *l. si fideiussor. §. in omnibus ff. Mand. Bart. l. 1. §. Et parvi num. 10 ff. quod vi aut clam.* alia conditio sine causa, *l. si fullo ff. de cond. sine causa Iosephus sese de inhibitionibus Executione privilegiata cap. 1. §. 8. num. 30. gloss. l. si prætor §. Marcellus ff. de iudicet.* Conferuntque ea quæ Romanus *conf. 369.* Respondit, sententias & censuras ab ordinario provenientes licet nullas aut injustas, causare iustum metum, ob quem rescissio actus gesti conceditur. *tot. in. ff. C. quod metus causa.* Metus enim secundum quosdam reddit actus ipso jure nullos, aut secundum alios per sententiam, uti plenius videre est apud Navar. *Conf. 10. num. 10. de iis qua vi metusque causa.*

 QUÆSTIO XCVI.

Conservatores an cognoscere possint de causis criminalibus.

SUM.